



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. XXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Temp. serm. 232. Illud verò quale est, quod transacto conuiuio, expleta siti, cum amplius bibere non possint nec debeant, tunc quasi nouelli, quasi & qui ipsa hora superuenerint, diuersis nominibus incipiunt bibere, non solum viuorum hominum, sed & Angelorum & reliquorum antiquorum Sanctorum: æstimantes, quod maximum illis honorem impendant, si se in illorù nominibus nimia ebrietate sepebant: ignorantes, quod nullus tam grauem iniuriam sanctis Angelis vel sanctis hominibus agnoscitur irrogare, quàm illi, qui in eorum nominibus bibendo per ebrietatem suas animas probantur occidere. Vide Gregor. Turonens. bis. Franc. lib. 5. cap. 21. & infra Alcuini epis. 48.

## IN EPISTOL. XXIII.

Sanctissimis in Christo fratribus) *Quinam hi fratres? Neg. fol. 32. enim in m. s. quidquã additur. VVioreses fuisse, scimus ex VVilhelmo Malmesburienfi. qui lib. 1. de gestis Regum Angl. cap. 3. Hæc de Alcuino: Non immemor compatriotarum, &c. illos crebris epistolis ad bonum incitare. Dictorum eius hæc pleraq; intexam, quibus palam fiat, quàm cito post obitum Bedæ, in eius etiã Ecclesia, studium librorum emarcuerit, & post obitum Egberti regnum Northanimbrorum propter morum peruicaciam malorum pestum icrit. Ait ergo ad VVioreses, apud quos Beda vixerat & obierat, ex obliquo arguens fecisse, quod ne faciant, rogat: Adsuascant pueri astrelaudibus superni Regis, non vulpium fodere cauernas, non leporum fugaces sequi cursus. Discant nunc scripturas sacras, vt ætate perfecta alios docere possint. Recogitate nobilissimum nostri temporis magistrum Bedam &c. Quem locum ideo tam copiose adduxi: quia ex illo in hac epist. restituere licet, que in m. s. desiderantur. VVioreses fratres cœnobita fuerunt in monasteriis duobus S. Petri & Pauli ad VViram seu VViremudam. De*  
 N n n n                      quibus



quibus Malmesburiensis *ibid.* Britannia habet in remotissimis  
sui plaga locum natiuitatis & educationis eius Bedæ, Scotie  
propinquum, &c. Ibi est *VVira* nec egeat latitudinis, nec  
segnis gurgitis amnis, qui pelago influus naues serenauit  
etas aura placido ostij excipit gremio. Cuius vtrasq; ripas  
Benedictus quidam Ecclesiis insigniuit, & monasteria ibidem  
construxit, alterum Petri, alterum Pauli nomine, charitatis  
& regulæ vnione non discrepantia.

fol. 53. v. 22.

Benedictus scilicet seu reliqui patres) *Ceolfridum* intelli-  
git & Benedictum, quorum hic ad ripas *VVira* duo monasteria adifica-  
uit, eorumq; incolas, *VVioreses* fratres *Alcuinus* vocat. Natus in  
territorio eiusdem monasterij, inquit *Beda de seipso, in fine hist.*  
*Angl.* cum essem septem annorum, cura propinquorum da-  
tus sum educandus reuerendissimo Abbati Benedicto, ac  
deinde *Ceolfrido*.

fol. 54. v. 8.

Adfuescant pueri) *m. s. ita legit*: Displicet enim Deo  
infidelis promissio. Discant pueri scripturas sacras, ut ma-  
te perfecta veniente, alios docere possint. Qui non discit in  
pueritia, non docet in senectute. Recogitate nobilissimum  
nostri temporis magistrum *Bedam*. Nos, quæ hic desunt, ex  
*Malmesburiensi* inseruimus, qui citat hanc ep.

14. *Bedam*) *An Beda Præceptor Alcuini, ut Tribemius asse-*  
*rit, & hætenus vulgo dictum? Alcuini hæc verba vide*: Recogita-  
te nobilissimum nostri temporis magistrum *Bedam* presby-  
terum. *vbi cur inuidisset Beda hanc laudem, & non potius appella-*  
*set suum, quàm sui temporis magistrum? Adde quòd ipse Beda in*  
*præf. hist. Angl. ait*: Auctor autem ante omnes atq; adiutor  
opusculi huius *Albinus* Abbas reuerendissimus, vir per om-  
nia doctissimus extitit. & paulo post *Patrem Albinum* nomi-  
nat. *Fuisse autem Egbertum, fratrem Egbertis Regis Angl. præ-*  
*ceptorem Alcuini iam diximus.*